re miliaribus. paruũ tuguriũ inter arenas conſpicio. cuius tectum ſicut

ſtudioſius

Saluſtius ait quaſi carina nauis erat contiguũ terre. ſatis firmis tabu/
latis conſtratũ.non ꝙ ibi vis ymbriũ vlla timeatur.fuiſſe aũt illic pluuiaꝫ
nequãdo quidẽ auditũ eſt.ſed ꝙ ventoꝝ ea vis ſit.vt ſi quãdo vel clemen/
tiore celo aliquãtulus ſpirare flatus cepit. maius in illis terris q̄ȝ in vllo
mari naufragiũ ſit Nulla ibi germina.ſata nulla ꝓueniunt.quippe in ſta
bili loco arentibus arenis ad omnẽ motum ventoꝝ cedentibus Uerum
vbi auerſa quedã a mari ꝓmunctoria ventis reſiſtunt.terra aliquantu/
lum ſolidioꝛ herbam raram.atqꝫ hiſpidam gignit.ea ouibus eſt pabulũ
ſatis vtile Incole lacte viuunt.qui ſolertiores ſunt vel vt ita dixerim ditio
res.ordeaceo pane vtuntur.Ea ibi ſola meſſis eſt.que celeritate prouen/
tus ꝑ naturam ſolis ſiue aeris ventoꝝ caſus euadere ſolet. Quippe fert̃
a die iacti ſeminis triceſimo die matureſcere Conſiſtere autẽ ibi homĩes
non alia ratio facit.q̄ȝ qđ omnes tributo liberi ſunt Extrema quidẽ cyre
noꝛum oꝛa eſt.deſerto illi contigua.quod inter egiptum ⁊ africam interia
cet.ꝑ quod olim catho ceſarem fugiens duxit exercitũ. Ergo ad tuguriũ
illud quod eminus conſpexeram pertendi.Inuenio ſenem in veſte pellicia
molã manu vertentem Cõſalutatus accepit nos benigne. Eiectos nos
in illud littus exponimus et ne ſtatim repetere curſum poſſimus.maris
malicia attineri. Egreſſos ad terram vt eſt mos humani ingenij naturã
locoꝛum cultũqꝫ habitantiũ voluiſſe agnoſcere.chriſtianos nos eſſe. id p̄
cipue querere an eſſent aliqui inter illas ſolitudines chriſtiani. Tum ve/
ro ille flens pre gaudio ad genua noſtra prouoluitur. iterũ nos ac ſepius
exoſculatos ad orationem inuitat.Deinde poſitis in terram veruecũ pel
libus.facit nos diſcumbere.apponit prandium ſane locupletiſſimũ.dimi
dium panem ordeaceum Eramus itaqꝫ nos quattuoꝛ.ipſe erat quitus.
Faſciculũ etiam herbe intulit cuius nomen excidit.que mẽte ſimilis exu/
berans folijs ſapoꝛem mellis preſtabat. Huius predulci admodũ ſuaui
tate delectati atqꝫ ſaciati ſumus. Ad hec ſubridens ego ad gallum meuꝫ
quid inq̄ȝ galle. Placet ne tibi prandium.faſciculus herbarum.et panis
dimidius viris quinqꝫ. Tum ille ſicut eſt verecundiſſimus. aliquantulũ
erubeſcens.dum fatigationem meam accepit.facis inquit ſulpiti tuo mo
re.qui nullam occaſionem ſi qua tibi poꝛrecta fuerit omittis. quin nos
edacitatis fatiges.ſed facis inhumane.qui nos gallos homines cogis ex
emplo angeloꝝ viuere. quãqꝫ ego ſtudio mãducandi. credã etiã angelos
manducare Nam iſtũ dimidiũ ordeaceũ panẽ timeo vel ſolus attingere.
Sed ꝯtentus ſit hoc cyrenenſis ille cui vel neceſſitas vel natura eſt eſuri/
re.vel poſtremo iſti quibꝫ credo marina iactatio inediaꝫ cibi fecerat. Nos
procul a mari abſumus. ⁊ quod ſepe tibi teſtatus ſum. galli ſumꝰ. Sed
ꝑgat hic potius explicare ſui cyrenẽſis hyſtoriã Eniuero poſtumianus.
Cauebo poſt hec cuiuſqꝫ abſtinentiã p̄dicare.ne gallos noſtros arduuꝫ
penitus offendat exemplũ.Statuerã etiã cenã cyrenẽſis illius vel conſe/
quẽtia. ſeptem enim diebus apud ipſum manſimus.referre conuiuia.ſꝫ
ſupſedendum eſt.ne gallus ſe eſtimet fatigari. Ceterum poſtero die cum
aliqui ex incolis ad nos viſendos cõfluere cepiſſent:cognoſcimus illũ hoſ
pitem noſtrũ preſbyterum eſſe.quod ſumma nos diſſimulatõe celauerat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

Deinde ad eccl'am cum ipſo ꝑceſſimus. que fere duob⁹ miliarijs aberat. a cōſpectu noſtro interiectu montis excluſa. Erat aūt vilib⁹ tecta virgul tis. non multo ambitioſioꝛ quā noſtri hoſpitis tabernaculum. in quo ni/ ſi incuruus quis non poterat conſiſtere

¶ Ubi dicit ꝙ tūc in alexandria inter ep̄os ꝛ mo nachos inutilia certamina gerebant᷑. ne q̇s ori/ genis libꝛos legeret Caplm iij.

Um hominū moꝛes q̄reremus. illud preclarum animaduertimus nihil eos neq₃ emere neq₃ vēdere. quid ſit fraus aut furtū neſciunt. aurū atq₃ argentū que pꝛima moꝛtales putant. neq₃ habent neq₃ habere cupiūt. Nā cū ego pꝛeſbytero illi decē nūmos aureos optuliſſem. refugit altioꝛe cōſilio ꝓteſtatus. eccl'am auro nō ſtrui ſed potius deſtrui Aliquā/ tulum ei veſtimentoꝝ indulſimus. Qḋ cū ille benigne accepiſſet. reuocā/ tibus nos ad mare nautis diſceſſimus. ꝓſperoq₃ curſu ſeptimo die alexā dꝛiam ꝑuenimus. vbi feda inter ep̄os ac monachos certamina gereban tur. ex ea occaſione vel cauſa. q2 congregati in vnū ſepius ſacerdotes. fre quētibus decreuiſſe ſinodis videbantur. ne quis oꝛigenis libꝛos legeret aut haberet. qui tractatoꝛ ſcripturaꝝ ſacrarū peritiſſimus habebat᷑. Sꝫ ep̄i quedam in libꝛis ipſius inſanius inſcripta memoꝛabāt. que aſſerto/ res eius defendere non auſi. ab hereticis potius fraudolēter inſerta dice/ bant. ꝛ ideo non ꝓpter illa que in rep̄henſione merito notarent᷑. eſſe etiā reliqua damnāda. cum legentiū fides facile poſſit habere diſcrimē ne fal/ ſata ſequeret᷑. ꝛ tamē catholice diſputata retineret. Non eſſe autē mirum ſi in libꝛis neutericis ꝛ recens ſcriptis fraus heretica fuiſſet opata. que in quibuſdā locis nō timuiſſet incidere euangelicā veritatē. Aduerſum hec ep̄i obſtinatius renitentes ꝑ poteſtate cogebant. recta etiam vniuerſa cū prauis ꝛ cū ipſo autoꝛe damnare. q2 ſatis ſupq₃ ſufficerēt libri q̊s eccleſia recepiſſet. reſpuendā eſſe penitus lectionē que plus nocitura eſſet inſipiē/ tibus q̄₃ pꝛofutura ſapientibus Mihi aūt ex libꝛis illis quedā curioſius indaganti admodū multa placuerūt. ſed nōnulla rep̄hendi in quib⁹ illuꝫ praua ſenſiſſe non dubiū eſt. que defenſoꝛes eius falſata contendūt Ego miroꝛ vnū eundēq₃ hoīem tam diuerſum a ſe eſſe potuiſſe. vt in ea parte qua pꝛobat᷑ neminē poſt ap̄l'os habeat equalem. in ea vero qua iure repꝛe henditur. nemo defoꝛmius doceatur erraſſe. Naꝫ cum ep̄is excerpta in li bꝛis illius multa legerent᷑: que cōtra fidem catholicam ſcripta cōſtarent. locus ille vel maximā parabat inuidiā. in quo editū legebat᷑. q2 dn̄s ieſus ſicut ꝑ redēptione hoīs in carne veniſſet. crucēq₃ ꝓ homīs ſalute ꝑpeſſus moꝛtē pꝛo hoīs eternitate guſtaſſet. ita eſſet eodem oꝛdine paſſionis etiaꝫ diabolū redēpturus. q2 hoc bonitati pietatiq₃ illius ꝯgrueret. vt̄ qui per ditū hoīem refoꝛmaſſet. ꝓlapſum quoq₃ angelū liberaret. Cum hec atq₃ alia iſtiuſmodi ab ep̄is ꝓderent᷑. ex ſtudijs partiū oꝛta ſeditio eſt. que cum repꝛimi ſacerdotū autoꝛitate nō poſſet. ſeuo exemplo ad regendā eccleſie diſciplinā p̄fectus aſſumitur. Cuius terroꝛe diſꝑſi fratres. ac ꝑ diuerſas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

oꝛas monachi ſunt fugati. ita vt ꝓpoſitis edictis in nulla cōſiſtere ſedem ſinerent. Illud me admodū permouebat qd̄ hieronimus vir maxime catholicus ⁊ ſacre legis peritiſſimus oꝛigenē ſecutus ꝑmo tꝑe putabatur. quē nunc idem ꝑcipue vel oīa illius ſcripta dānaret Nec vero auſus ſuz de quoq; temere iudicare. ꝑſtantiſſimi tū viri ⁊ doctiſſimi ferebant in hoc certamine diſſidere. Sed tamē ſiue erroꝛ illud eſt vt ego ſentio. ſiue hereſis vt putatur. non ſolū reprimi nō potuit multis aīaduerſionib; ſacerdotum. ſed nequaq; ſe tā late potuiſſet effundere. niſi cōtentōe creuiſſet Iſtiuſmodi ergo turbatione cū veni alexandriā fluctuabat. Me quidē eps ciuitatis illius benigne admodū ⁊ melius q̄ȝ opinabar excepit. ⁊ ſecū retinere tēdabat. Sed nō fuit ibi animꝰ conſiſtere. vbi recens fraterne cladis feruebat inuidia. Nam et ſi foꝛtaſſe videant parere epis debuiſſe. non ob hanc tamen cauſam multitudinē tantā ſub chꝛiſti confeſſione viuentem preſertim ab epis opoꝛtuiſſet affligi

¶ Vbi bethleem opidū petȳt cuius loci eccl'am ſanctus hieronimꝰ regebat. vbi et monachoꝛū vel clericoꝝ animos vel cōuerſationes exponit et q̄ die noctuq; aut legebat aliquid ſemꝑ aut ſcribebat Caplm quartū

Gitur inde digreſſus bethleē opidū petȳ. quod ab hieroſolimis ſex miliarȳs diſꝑatur. ab alexādꝛia aūt ſedecim manſionib; abeſt. Eccleſiā loci illius hieronimus ꝑſbyter regit. nā parochia eſt epi qui hieroſolimā tenet. Mihi iam pridē hieronimus ſuꝑioꝛe illa peregrinatiōe mea comꝑtus. facile obtinuerat. vt nullū mihi expetendū rectius arbitrarer. Vir eni ꝑter fidei meritū dotēq; virtutū. nō ſolū latinis atq; grecis. ſ; et hebꝛaicis etiā ita lrīs inſtitutus eſt. vt ſe illi in omni ſciētia nemo audeat compare Miroꝛ aūt ſi nō ⁊ vobis ꝑ multa que ſcripſit oꝑa comꝑtus ē cū ꝑ totū oꝛbem legat. Nobis vero inquit gallus nimiū comꝑtus eſt Nā ante hoc quinquēniū quendā illius libellū legi. in quo tota noſtroꝝ natio monachoꝝ ab eo vehemētiſſime vexat ⁊ carpitur. Vn̄ interdū belgicus noſter valde iraſci ſolet q̄ dixerit nos vſq; ad vomitū ſaciari Ego inquit gallus illi viro ignoſco. atq; ita ſentio de oꝛientalib; illum potius monachis q̄ȝ de occidentalib; diſputaſſe. Nā edacitas in grecis gula eſt. in gallis vero natura. Tum ego Scolaſtice inq̄ȝ galle defendis gentē tuā. ſed queſo te liber iſte nunq̄d hoc ſolū viciū dānat in monachis ymmo ꝓ do inquit nihil penitus omiſit. qd̄ nō carperet. laceraret. exponeret. ꝑcipue auariciā. nec minus vanitatē inſectatus eſt. Multa de ſuꝑbia. nō pauca de ſuꝑſtitione diſſeruit Vere fateboꝛ. pinxiſſe videt mihi vicia multoꝝ Ceterū de familiaritatib; virginū ⁊ monachoꝝ atq; etiā clericoꝝ. tā vera q̄ȝ foꝛtia diſputauit Vnde a quibuſdā quos nomiare nolo. dicit nō amari. Nā ſicut belgicus noſter iraſcit edacitatis nimie nos notatos. ita illi fremere dicunt cū in illo opuſculo ſcriptū legunt Celibem ſpernit virgo ger

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

manū.fratrem querit extraneū Ad hec ego.nimiū inquā galle ꝑgredens caue ne ⁊ te aliquis qui foꝛtaſſe agnoſcit exaudiat.teqꝫ vna cū hieronimo incipiat non amare Nam quia ſcholaſticus es.non immerito te verſu illius comici ammonebo Obſequiū amicos.veritas odiū parit. Tua nobis potius vt ceperas poſtumiane repetat̄ oꝛientalis oꝛatio. Ego inquit vt dicere inſtituerā.apud hieronimū ſex menſibus fui.cui iugis aduerſus malos pugna.ꝑpetuūqꝫ certamen cōſciuit odia ꝑditoꝝ. Oderunt eum heretici.quia eos impugnare non deſinit Oderunt clerici.quia vitā eoꝝ inſectat̄ ⁊ crimina. ſed plane eum boni homines ammirant̄ ⁊ diligunt. Nam qui eū hereticū arbitrant̄ inſaniunt. Vere dixerim.catholica hoīs ſciā ſana doctrina eſt Totus ſemꝑ in lectione.totus in libꝛis eſt. Non die non nocte requieſcit.aut legit ſemꝑ aliquid aut ſcribit Quod niſi mihi fuiſſet animo fixum.⁊ ꝑmiſſum deo teſte ꝓpoſitum heremū adire. vel exigui tēpoꝛis puncto a tanto viro diſcere noluiſſem. Huic ergo traditis atqꝫ cōmiſſis omnib⁹ meis omniqꝫ familia.que me contra voluntatē animi mei ſecuta tenebat implicitū.exoneratus quodāmodo graui faſce penitus ac liber regreſſus alexandriā.viſitatis ibi fratribus.ad ſuperioꝛē inde thebaidā id eſt ad egipti extrema contendi. Ibi enim vaſte patentes heremi ſolitudines plurimū ferebantur habere monachoꝝ Longū eſt ſi omnia cupiā referre que vidi.tamē pauca ꝑſtringā ex pluribus

¶ Vbi dicit in egipto multa eē monaſteria vbi pꝛima virtus obedientia eſt. ⁊ vbi infantulus aſpidem mire magnitudinis in monaſterium detulit. ⁊ alia multa que ꝑ ſeruos ſuos dei virtus operatur Caplm quintū.

Aud longe ab heremo contigua nilo.multa ſunt monaſteria.habitant vno in loco pleriqꝫ centeni.quibus ſummū ius eſt ſub abbatis imperio viuere.nihil arbitrio ſuo agere.omnia ad nutū illius poteſtatēqꝫ pendere Ex his ſi qui maioꝛē virtutē mente conceperint.vt acturi ſolitariā vitam ſe ad heremū conferāt.non niſi ꝑmittēte abbate diſcedūt. Hec illoꝝ pꝛima virtus eſt.parere alieno imperio. Tranſgreſſis ad heremuꝫ abbatis illius oꝛdinatione panis vel quilibet cibus alius miniſtrat̄. Caſu ꝑ illos dies quibus illo aduenerā.cuidam qui nuꝑ ad heremū ſeceſſit. neqꝫ amplius ab hoc monaſterio q̄ꝫ ſex miliarijs tabernaculū ſibi ꝯſtruxerat.panē abbas ꝑ duos pueros miſerat.quoꝝ maioꝛ habebat etatꝫ annos quindecim.minoꝛ duodecēnis erat His ergo inde redeuntib⁹.aſpis mire magnitudinis fit obuiā.cuius occurſu nihil ꝑterriti.vbi ante pedes eoꝝ venit quaſi incantata carminib⁹ cerulea colla depoſuit. iunioꝛis pueri manu ap̄phenſa.ac pallio ſuo inuoluta.ferri cepit Deinde monaſteriū quaſi victoꝛ ingreſſus.in occurſum fratrū expectantib⁹ cūctis captiuā beſtiam reſoluto pallio nō ſine iactātie tumoꝛe depoſuit. Sed cū infantium fidē atqꝫ virtutē ceteri ꝑdicarēt.abbas ille altioꝛe cōſilio ne infirma etas

inſoleſceret virgis vtrūqꝫ cōpeſcuit. multuz obiurgatos. cur ipſi qđ ꝑ eos
dn̄s opatus fuerat ꝓdidiſſent. opus illđ nō ſue fidei ſed diuine fuiſſe virtu
tis. diſcerēt potius deo in humilitate ſeruire. ⁊ nō in ſignis et virtutibus
gloriari. q2 melior eſſet infirmitatis conſcia. vanitate virtutū. Hoc vbi il-
le monachus audiuit ⁊ periclitatos infantulos ſerpētis occurſu. ⁊ ipſos
inſuꝑ multa verbera victo ſerpente meruiſſe. abbatē obſecrat ne ſibi poſt
hec panis vllus aut cibus aliquis mitteret. Iamqꝫ octauus dies fuerat
emēſus. quo ſe homo chriſti intra periculū famis ipſe cōcluſerat Arebāt
mēbra ieiunio. ſed deficere mens celo intēta nō poterat. Corpus inedia
fatiſcebat. fides firma durabat Cū interim āmonitus abbas ille ꝑ ſpiri
tum vt diſcipulum viſitaret. pia ſollicitudine cognoſcere cupiēs. qua vite
ſubſtantia vir fidelis aleret. qui miniſtrari ſibi panē ab hoīe noluiſſet. ad
requirendū eum ipſe ꝓficiſcit. Ille vbi eminus ſenē venire cōſpexit. occur
rit. agit gracias. ducit ad cellulā Tum ingreſſi pariter ambo cōſpiciunt
palmiciā ſportam foribꝫ affixam de poſte pendere. ac primū calidi panis
odor ſentit. tactu vero ac ſi ante paululū focis eſſet ereptus oſtendit. egip-
tij tū panis forma non cernit. Obſtupefacti ambo. munus celeſte cogno
ſcunt Cū ille hoc abbatis aduētui preſtitum fateret. abbas vero illius fi
dei ac virtuti id potius aſſcriberet. ita ambo celeſtē panem cū multa exul
tatione fregerūt. Quod cum ſenex ad monaſteriū poſt regreſſus fratribꝫ
retuliſſet. tantus ardor omnium incenderat animos. vt certatim ad here
mū ⁊ ſacras ſolitudines ire ꝓperarent. miſeros ſe fatentes qui diutius in
cōgregatione multoꝝ vbi humana eſſet patienda cōuerſatio reſediſſent

¶ Vbi vidit duos ſenes quoꝝ vnum ſol nunq̄ꝫ vidiſſet epulantem. ⁊ alteruz nunq̄ꝫ vidiſſet iratum Capl'm vi

A hoc ego monaſterio duos ſenes vidi qui iam ꝑ quadraginta an-
nos ibi degere. ita vt nunq̄ꝫ inde diſceſſerint ferebant. q̊ꝝ p̄tereūda
mihi ꝯmemoratio nō videt Siqdē id de eoꝝ ꝟtutibꝫ ⁊ abbatꝭ ipſiꝰ teſti-
monio ⁊ oīm fratrū audieri ſmone celebrari. qđ vnū eoꝝ ſol nūq̄ꝫ vidiſſꝫ
epulātem. alteꝝ nūq̄ꝫ vidiſſꝫ iratū. Ad hec gallꝰ me ītuēs ait. O ſi vꝛ ille
nolo nomē edicere nūc adeſſet. velim iſtđ admodū audiret exēplū. quē in
multoꝝ ſepe ꝑſonas nimiū exꝑti ſumꝰ vehemēter iraſci. Sꝫ tū q2 inimi-
cis ſuis q̄ꝫtuz audio nuꝑ ignouit. ſi iſtud audiret magis magiſqꝫ ꝓpoſito
cōfirmaret exēplo. p̄clarā eſſe virtutē. iracūdia nō moueri. Nec vero infi-
ciabor ob iuſtas illū cauſas iratū fuiſſe. ſꝫ vbi durior pugna. ibi glorioſior
eſt corona Vn̄ quēdā ſi agnoſcis cenſeo iure laudandū. qđ cū eū libertus
deſeruiret ingr̄tus. miſeratꝰ eſt potiꝰ q̄ꝫ inſectatꝰ abeuntē. ſed neqꝫ illi iraſ
cit a quo videt abductus. Ego aūt niſi iſtud vincēde iracūdie poſtumia-
nus ꝓdidiſſet exemplū. grauiter iraſcerer diſceſſione fugitiui. Sed quia
iraſci non licet. tota iſtorum cōmemoratio que nos compungit abolēda
eſt. Te inquā poſtumiane. te potius audiamus. Faciam inquit galle
quod precipis. quatinus tam ſtudioſos eſſe audiendi vos video.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

Sed mementote q̄ nō ſine fenore iſtū apud vos depono ſermonem Li-
bens qđ poſcitis preſto. dūmodo paulo poſt quod popoſcero nō negetis
Nos vero inq̄ꝫ nihil habemus in quo tibi mutuū vel cuꝫ fenore reſtitue-
re poſſimus Sed tamen quicq̄d putaueris imperato. dūmodo vt cepe-
ras deſiderijs noſtris ſatiſfacias. valde enī nos delectat tua oratio Nihil
inquit poſtumian⁹ veſtra ſtudia fraudabo. Et q̄ heremite vnius incipiē-
tes agnouiſtis virtutē. referā vobis adhuc pauca de plurimis

De heremita qui habebat ortū vberrimū et bouē qui aquā de puteo ꝓferebat. vbi vidit ollā cum oleribus ſine igne feruere. Cap. viij

Rgo vbi ꝑma heremi ingreſſus ſum duodecim fere a nilo miliarijs
habebā aūt vnū ex fratrib⁹ ducē locoꝝ peritum. ꝑuenimus ad quen-
dā ſenē monachū ſub radice montis habitantē Ibi qđ in illis locis rariſ-
mū eſt puteus erat. bouē vnū habebat. cuius hic erat labor totus impul-
ſa rotali machina aquā ꝓducere. Nā fere mille aut amplius pedū ꝓfun-
dum putei ferebat̄. Ortus illic erat multis olerib⁹ copioſus. id quidē cō-
tra naturā heremi vbi omnia arentia. exuſta ſolis ardorib⁹. nullius vnq̄ꝫ
ſeminis vel exiguā radicē ferunt peperiſſe. Verū hoc ſancto illi labor cuꝫ
pecude cōis. ⁊ ꝓpria preſtabat induſtria Freq̄ens enim irrigatio aquarū
tantā pinguedinē arenis dabat vt mirū in modū virere atq̄ꝫ fructificare
orti illius olera videremus Ex his igit̄ vna cū dn̄o bos ille viuebat. No-
bis quoq̄ꝫ ex ea copia cenā ſanctus dedit. Ibi vidi qđ vos galli forte non
creditis. ollam cū olerib⁹ que nobis in cenā ꝑparabatur. ſine igne feruere
Tanta vis ſolis eſt. vt q̄buſlibet coquēdis etiā ad galloꝝ pulmēta ſuffi-
ciat Poſt cenā aūt inclināte veſꝑa inuitat nos ad arborē palmā. cuius in-
terdū pomis vti ſolebat. que fere duob⁹ miliarijs aberat. Nā hee tantum
in heremo arbores licet raro habent̄, tn̄ q̄ vtrū ſollers antiquitas ꝓcura-
uerit an ſolis natura gignat ignoro. niſi ſi deus ꝓſcius habitandā qn̄q̄ꝫ
a ſanctis heremū hec ſeruis ſuis parauerit. Ex maiore enim ꝑte qui intra
illa ſecreta conſiſtūt. cū alia ibi germina nulla ſuccedunt. iſtaꝝ arboꝝ po-
mis alunt̄. Ergo vbi ad illam ad quam nos humanitas noſtri hoſpitis
ducebat arborē ꝑuenimus. leonē ibi offendim⁹. Quo viſo ego ⁊ ille dux
meus intremuimus. ſanctus vero ille incūctanter acceſſit. nos licet trepi-
di ſecuti ſumus. Fera paululū cerneres imperata. ab eo modeſte diſceſſit
et cōſtitit. dū ille cōtigua ramis humiliorib⁹ poma decerperet. Cūq̄ꝫ ple-
nam palmulis manū obtuliſſet occurrit beſtia. accepitq̄ꝫ taꝫ libere q̄ꝫ nul-
lum aīal domeſticū. ⁊ cū comediſſet abceſſit. Nos hec intuentes ⁊ adhuc
trementes. facile potuimus ꝑpendere quanta in illo fidei virtus. ⁊ quan-
ta in nobis eſſet infirmitas

De heremita cui lupa aſtabat cenanti. Caplm viij

Lium eque ſingularē virū vidimus.ꝑuo tugurio quod nō niſi vnū recipere poſſet habitantem. De hoc illud ferebatur ꝙ ei lupa ſolita erat aſtare cenanti.nec facile vnq̄ beſtia falleret᷑. quin illi ad legittimam horam refectionis occurreret.⁊ tam diu pre foribus expectaret. donec illi panem qui cenule ſuꝑfuiſſet offerret. Illa manū eius lambere ſolita erat atq̄ ita quaſi impleto officio ⁊ preſtita cōſolatione diſcedere. Sed forte accidit vt ſanctus ille dum frēm qui ad eum venerat deduxit abeuntem diutius abeſſet.⁊ non niſi ſub nocte remearet. Interim beſtia ad conſue/tudinariū illud cene tempus occurrit Uacua cellula cum familiarem pa tronū abeſſe ſentiret.ingreſſa.curioſius explorans vbi nam eſſet habita/tor.caſu contigua cum panibus quinq̄ palmitia ſportella pendebat Ex his vnū preſumit ⁊ deuorat.deinde ꝑpetrato ſcelere diſcedit. Regreſſus heremita videt ſportulā diſſolutam.non cōſtante panū numero. Dam/num rei familiaris intelligit.ac prope limen panis aſſumpti fragmenta cognoſcit.ſed non erat incerta ſuſpicio que furtum ꝑſona feciſſet. Ergo cum ſequētibus diebus ſm̄ conſuetudinē beſtia non veniſſet. nimirū au/dacis facti conſcia ad eum venire diſſimulans.cui feciſſet iniuriam. egre patiebat᷑ heremita ſe alumne ſolatio deſtitutū. Poſtremo illius oratione reuocata.ſeptimū poſt diem affuit vt ſolebat ante cenanti. Sed vt facile cerneres verecundiaʒ penitentis.non auſa propius accedere.deiectis in terram profundo pudore luminibus.quod palam licebat intelligi quan dam veniam p̄cabatur. Quā illius confuſionē miſeratus heremita. iu/bet eam propius accedere.ac manu blanda caput triſte ꝑmulcet. deinde pane duplicato ream ſuam reficit. Ita indulgentiā conſecuta. officij con ſuetudinē depoſito merore reꝑauit. Intuemini queſo chriſti etiam in hac parte virtutē.cui ſapit omne quod brutum eſt.cui mite omne eſt quod ſe/uit Lupa preſtat officium.lupa furti crimē agnoſcit.lupa conſcio pudo/re confunditur.vocata adeſt.caput prebet.⁊ habet ſenſum indulte ſibi ve nie ſicut pudorem geſſit errati. Tua hec virtus chriſte.tua hec ſunt chri/ſte miracula.etenim que in tuo noīe operant᷑ ſerui tui.tua ſunt. Et in hoc ingemiſcimus.ꝙ maieſtatē tuam fere ſentiūt.hoīes non veren᷑

De anachoreta qui leene catulos illuminauit et de ipſa fera munus accipere non contempſit Caplm ix

n E cui autem hoc incredibile forte videatur.maiora memorabo. Fi des chriſti adeſt me nihil fingere neq̄ incertis autoribꝰ vulgata nar rare.ſed que mihi ꝑ fideles viros compꝑta ſunt explicabo. Habitant pleri q̄ in heremo ſine vllis tabernaculis quos anachoretas vocant Uiuunt herbaꝝ radicibꝰ.nullo vnq̄ certo loco conſiſtūt.ne ab hominibꝰ frequen/ten᷑.qua nox coegerit ſedes habēt Ad quendā igi᷑ hoc ritu atq̄ hac lege viuentē.duo ex nitria monachi licet lōga ⁊ diuerſa regione. tn̄ olim ipſis in monaſterij cōuerſatione carus ⁊ familiaris fuiſſet.auditis eius virtu/tibꝰ tetenderūt. Quē diu multūq̄ queſitū tandē menſe ſeptimo reppere

nent in extremo illo deſerto quod eſt nēphis contiguū demorantē. quas ille ſolitudines iam ꝑ annos duodecim dicebat᷑ habitare. Qui licet omniū hominū vitaret occurſus. tamē agnitos non refugit. ſeq; cariſſimus per triduū non negauit Quarto die aliquātulū ꝓgreſſus. cū ꝓſequeret᷑ abeuntes. leenā mire magnitudinis ad ſe venire conſpiciūt. Beſtia licet tribus receptis. non incerta quā peteret. anachorete pedibus aduoluitur. ⁊ cum fletu quodā ac lamentatione procūbens. indicabat gemētis pariter et rogantis affectū. Mouit omnes ⁊ ꝑcipue illum qui ſe intellexerat expetitū. precedentē ſequitur Nam pꝛciens ⁊ ſubinde reſtans. ⁊ ſubinde reſpectans. facile poterat intellligi id eā velle. vt quo illa ducebat. anachoreta ſequeret᷑. Quid multis. Ad ſpeluncam beſtie ꝑuenitur. vbi illa adultos iam quinq; catulos maleſeta nutriebat. qui ⁊ clauſis luminib; ex aluo matris exierant cecitate ꝑpetua tenebant᷑. quos ſingulos de rupe prolatos ante anachorete pedes mater expoſuit. Tum demū ſanctus aiaduertit quid beſtia poſtularet. inuocatoq; dei noīe cōtrectauit manu lumina clauſa catuloꝝ. ac ſtatim cecitate depulſa aptis oculis beſtiarū diu negata lux patuit Ita fratres illi anachoreta quē deſiderabant viſitato. cū cōmodū fructuoſa laboris ſui mercede redierūt. qui in teſtimoniū tante virtutis admiſſi fidem ſancti gl'am chriſti que ꝑ ipſos eſſet teſtificanda vidiſſent Mira dicturus ſum. leenā poſt dies quinq; ad autorē tanti beneficij reuertiſſe. eidēq; inuſitate fere pellem ꝓ munere detuliſſe. Qua plerūq; ſanctus ille quaſi amiculo circūtectus non dedignatus ē munus ꝑ beſtiam ſumere. cuius alium potius interpretabat᷑ autorem

De anachoreta qui a fera ibice edoctus eſt. q̄s radices ſumere. quas reſpuere deberet

Capl'm x.

Rat etiā alterius anachorete in illis regionibus nomē illuſtre. q̄ in ea parte deſerti que ſyrenis iungit᷑ habitabat Hic cū primū ſe ad heremū contuliſſet herbis herbarūq; radicibus quas ꝑdulces interdū ⁊ ſaporis eximij fert arena victurus. ignarus germinis eligendi. noxia plerūq; carpebat Nec erat facile vim radicū ſapore diſcernere. q2 omnia eque dulcia. ſed pleraq; occultiore natura virus letale cohibebant. Cū ergo edentē vis interna torqueret. ⁊ immēſis doloribus vitalia vniuerſa quaterent᷑. ac frequens vomitus cruciatib; nō ferēdis ipſam aīme ſedem. ſtomacho iā fatiſcente diſſolueret. oīa penitus que eſſent edēda formidans ſeptimū in ieiunijs diem ſpū deficiente ducebat Tum ad eū fera cui ibicis eſt nomē acceſſit. huic ꝓpius aſtanti faſciculū herbaꝝ quē collectū pridie attingere non audebat obiecit Sed fera que virulēta erant ore diſcutiens. que innoxia nouerat eligebat. Ita vir ſanctus exemplo quid edere quid reſpuere deberet edoctus. ⁊ periculū famis euaſit. ⁊ herbaꝝ venena vitauit Sed longū eſt de omnib; qui heremū incolunt. comꝑta nobis vel audita memorare. Annū integrū ⁊ ſeptem fere menſes intra ſolitudines conſtitutus exegi. magis virtutis ammirator aliene. q̄ꝫ ꝙ ipſe tam ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

duum atqꝫ difficile potuerim tentare ꝓpoſitum. Sepius tamē cum ſene illo qui puteum ⁊ bouem habebat habitaui

De anachoreta qui ſetis corporis ſui tectus. nuditatem ſuam diuino munere veſtiebat Capl'm xi.

Uo beati anthonij monaſteria adij. que hodie ab eius diſcipulis incolūtur. Ad eum etiam locū in quo beatiſſimus paulus primus heremita eſt diuerſatus acceſſi. Rubꝛū mare vidi. iugū ſyna montis cu⸗ius ſummū cacumen celo pene contiguū nequaꝗ̄ adiri poteſt. Inter hu⸗ius receſſus anachoreta eſſe aliquis ferebat. quē diu multumqꝫ queſitū videre non potui Qui fere iam ante quinquaginta annos a cōuerſatiōe humana remotus. nullo veſtis vſu. ſetis corporis ſui tectus. nuditatem ſuam diuino munere veſtiebat. Hic quotiēs eum religioſi viri adire vo⸗luerunt. curſu auia petens congreſſus vitabat humanos. Uni tantūmo⸗do ferebatur ſe ante quinquēniū pꝛebuiſſe. qui credo potenti fide id obti⸗nere ꝓmeruit. Cui inter multa colloquia ꝑcunctanti cur homīes tātope⸗re vitaret. reſpondiſſe ꝓhibetur. eum qui ab hominibꝫ frequētaretur. non poſſe ab angelis frequētari. Unde non immerito recepta opinione mul⸗torum fama vulgauerat ſanctū illum ab angelis viſitari. Ego autem a ſyna monte digreſſus ad nilū flumē regreſſus ſum. cuius ripas frequē⸗tibus monaſterijs conſertas. vtraqꝫ ex parte luſtraui. Plerūqꝫ vidi ⁊ du⸗dum dixeram vno in loco habitare centenos. ſed ⁊ bina ⁊ trina millia in hijſdem viculis agere cōſtabat. Nec ſane ibi minorē putetis diuerſantiū in multitudine monachoꝝ eſſe virtutē. ꝗ̄ eorum eſſe cognoſcit̄ qui ſe ab humanis cetibus remouerūt. Precipua vt iam dixerā vbi virtus ⁊ ꝓ̇ma eſt obediētia. Neqꝫ aliter aduenīēs ad monaſteriū abbatis ſuſcipit̄. ꝗ̄ qui tētatus prius fuerit ⁊ ꝓbatus. nullū vnꝗ̄ recuſaturus ꝗ̄libet arduū ac difficile indignūꝗ̄ tolerandū abbatis imperium

De pꝛobatione monachi incipiētis quē ignis non contigit Capl'm xij

Uo vobis referā incredibilis obediētie admodū magna miracula licet ſuppetant plura recolēti. ſed ad excitandā virtutū emulationē cui pauca nō ſufficiunt multa nō ꝓderunt. Ergo cū quidā ſeculi actibus abdicatis monaſteriū magne diſpoſitionis ingreſſus cepiſſet rogare. ab⸗bas ei cepit multa ꝓponere. graues eſſe iſtius diſcipline laboꝛes. ſua vero dura imperia que nullius facile valeret implere patiētia. aliud potius mo⸗naſteriū vbi facilioꝛibꝫ legibꝫ viueret expeteret. nō tētaret aggredi qđ im⸗plere nō poſſet. Ille vero nihil his terroꝛibꝫ ꝑmoueri. ſed magis ita oēm obedientiā polliceri. vt ſi eum abbas in ignē ire p̄ciperet non recuſaret in⸗trare. Quā illi⁹ ꝓfeſſionē vbi magiſter accepit. nō cūctatus ꝓbare ꝓfitentē caſu cliban⁹ ꝓpe ardebat q̄ multo igne ſuccēſus coquēdis panibꝫ parabat. Exundabat abruptis flāma foꝛnacibꝫ. ⁊ intra camini illius ꝯcaua totis

habenis regnabat incendiũ. Hoc igitur adnenã illum iubet magiſter in
trare. Nec diſtulit parere p̄cepto. medias flãmas nihil cũctatus ingredit᷑
Que mox tam audaci fide victe. velut illis quondã hebreis pueris ceſſe-
re venienti Superata natura eſt fugit incendiũ. Et qui putabat᷑ arſurꝰ
velut frigido roꝛe ꝑfuſus. ſe ipſe miratus eſt Sed quid mirũ ſi tuũ chriſte
tironẽ ignis ille non attigit. vt nec abbatẽ pigeret dura mãdaſſe. nec diſci
pulũ peniteret imperio paruiſſe. qui eo quo aduenerat die duꝫ tẽtaretur
infirmus. ꝑfectus inuentus eſt. Merito felix merito glorioſus. ꝓbatus
obedientia. glorificatus eſt paſſione

¶ De ꝓbatione aduene. qui aridam virgã potenti fide ⁊ aſſidua irrigatione aque floꝛere fecit Caplm xiij

N eodem aũt monaſterio factũ id quod dicturus ſum recẽti memo
ria ferebat᷑ Quidã itidem ad eundem abbatem recipiẽdus aduene
rat. Cũ prima ei lex obediẽtie poneret᷑. ac ꝑpetem polliceret᷑ ad omnia ⁊ vel
extrema patientiã. caſu abbas ſtoꝛacinã virgaꝫ iam pridẽ aridam. manu
gerebat. Hanc ſolo fixit. atqꝫ illi aduene id opis imponit. vt tam diu vir-
gule aquã irriguã miſtraret. donec quod cõtra omnẽ naturã erat lignum
aridũ in ſolo arente vireſceret Subiectus aduena dure legis imperio. a-
quã pꝛopꝛijs humeris cotidie cõuehebat. que a nilo flumine ꝑ duo ferme
miliaria petebat᷑. Iamqꝫ emẽſo anni ſpacio laboꝛ non ceſſabat oꝑantis,
et de fructu operis ſpes eſſe non poterat. tamẽ obediẽtie virtus in laboꝛe
durabat Sequẽs quoqꝫ annus vanum laboꝛẽ iam affecti fratris eludit
Tercio demũ ſuccedẽtium tempoꝝ labẽte curriculo. cũ neqꝫ nocte neqꝫ
interdiu aquarius ille ceſſaret operatoꝛ. virga floꝛuit. Ego ipſam ex il-
la virgula arbuſtulã que hodie quoqꝫ intra atriũ monaſterij eſt ramis vi-
rẽtibus vidi. quaſi in teſtimoniũ manẽs quantũ obediẽtia meruit ⁊ quã-
tum poſſit fides oſtẽdit Sed me dies ante deficiet. ꝙ diuerſa miracula q̄
mihi de ſanctoꝝ virtutibus ſunt comꝑta conſummẽ

¶ De quodã ſancto viro cui ex virtutibꝰ honoꝛ et ex honoꝛe vanitas cepit obꝛepere. ⁊ qualiter ab hoc vitio liberatꝰ ſit. ⁊ ꝙ ſi q̄s in hac regione oꝛdinatus fuerit clericus q̃o cõtinuo elatus ſit ſuꝑbia aut vanitate. ⁊ ꝙ oꝛnamenta non moꝛũ ſed veſtium requirat Caplm xiiij

Vo vobis adhuc p̄clara memoꝛabo. quoꝝ vnũ egregiũ erit aduer-
ſus inflationẽ miſere vanitatis exẽplũ. alterũ aduerſus falſam iuſti
ciã nõ mediocre documẽtũ Quidã ergo ſcũs fugandoꝝ de coꝛpibꝰ ob
ceſſis demonũ icredibili p̄ditꝰ ꝑtãte. inaudita ꝑ ſingulos dies ſigna facie
bat. Non ſolũ enim p̃ns neqꝫ v̄bo tantũ. ſed abſens quoqꝫ interdũ cilicij

ſui fimbrijs aut ep̄lis miſſis corpa obſeſſa curabat Hic ergo mirū in mo
dū frequentabatur a pp̄lis ex toto ad eū orbe venientibꝫ. taceo de minori
bus. p̄fecti comiteſqꝫ ac diuerſa ꝝ iudices poteſtatū ꝑ foribꝫ illius ſepe ia/
cuerūt. Ep̄i quoqꝫ ſciſſimi ſacerdotali autoritate depoſita. contingi ſe ab
eo atqꝫ bn̄dici humiliter poſtulantes. ſcificatos ſe ac diuino munere illu/
ſtratos quotiēs manū illius veſtēqꝫ cōtigerant nō immerito crediderunt
Hic ferebatur omni potu in ꝑpetuum penitus abſtinere. ac pro cibo. tibi
ſulpiti in aurē loquar ne gallus hoc audiat. ſeptē tantū caricis ſuſtentari
Interea ſancto viro vt ex virtute honor. ita ex honore vanitas cepit obre/
pere. Quod malū ille vbi primū potuit in ſe ſentire graſſari. diu multūqꝫ
diſcutere conatus eſt. ſed repelli penitus vel tacita cōſcientia vanitas pſe/
uerante virtute non potuit Ubiqꝫ nomē eius demones fatebant̄. exclu/
dere a ſe ꝯfluentiū pp̄los non valebat Uirus interim latens ſerpebat in
pectore. ⁊ cuius nutu ex alioꝝ corporibꝫ demones fugabant̄. ſeipm̄ occul/
tis cogitationibꝫ vanitatis purgare nō potuit. Totus igit̄ precibus con/
uerſus ad deū fertur oraſſe. vt ꝑmiſſa in ſe mēſibus quinqꝫ diaboli pote
ſtate. ſil'is his fieret quos ipſe curauerat Quid multis morer. Ille q̄ pre/
potens. ille q̄ ſignis atqꝫ virtutibꝫ toto oriente vulgatus. ille ad cuiꝰ limi/
na populi ante ꝯfluxerāt. ad cuius fores ſumme iſtius ſeculi ſe proſtraue/
rāt poteſtates. correptus eſt a demone tētus in vinculis. oīa illa q̄ energu
mini ſolent ferre ꝑpeſſus. quinto demuꝫ menſe purgatus eſt. nō tantum
demone ſed qđ illi erat vtilius atqꝫ optatius vanitate Sed mihi iſta re
plicanti noſtra infelicitas. noſtra occurrit infirmitas. Quis enim noſtrū Nota
eſt quē ſi vnus homūculus humilis ſalutauerit. aut fatuis atqꝫ adulanti
bus verbis femina vna laudauerit. nō cōtinuo elatus ſit ſupbia. non ſta
tim inflatus ſit vanitate. vt etiam ſi non habeat cōſcientiā ſanctitatis· tn̄
quia vel ſtultoꝝ adulatione aut fortaſſis errore ſanctus eſſe dicat̄. ſanctiſ/
ſimū ſe putabit. Iam vero ſi ei munera crebra mittant̄. dei ſe magnificen
tia aſſerit honorari. cui dormienti atqꝫ reſoluto neceſſaria conferant̄. Qđ
ſi vel de modico ei aliqua virtutis ſigna ſuccederent angelū ſe putaret. ce
terum cum neqꝫ ope neqꝫ virtute conſpicuus ſit Si quis clericus fuerit
effectus. dilatat cōtinuo fimbrias ſuas. gaudet ſalutationibꝫ. inflatur oc/
curſionibus. ipſe etiā vbiqꝫ diſcurrit. ⁊ qui ante pedibus aut aſello ire cō/
ſueuerat. ſpumeo equo ſupbus inuehitur. Parua prius ac vili cellula cō/
tentus habitare. erigit celſa laquearia. conſtruit multa conclauia. ſculpit
oſtia. pingit armaria. veſteꝫ reſpuit groſſiorē. indumentū molle deſiderat
atqꝫ hec caris viduis atqꝫ familiaribus mandat tributa virginibus. illa
vt birrū rigentē. hec vt fluentē texat lacernā. Ueruꝫ hec beato viro hiero/
nimo deſcribenda mordacius reliquamus. ad propoſitū reuertamur. Tu
vero inquit gallus meus neſcio quid hieronimo reliqueris diſputanduꝫ.
ita breuiter vniuerſa noſtroꝝ inſtituta cōplexus es. vt pauca hec tua ver/
ba ſi equanimiter acceperint. ⁊ patiēter expenderint. multū eis arbitrer ꝓ
futura. vt non indigeant poſt hec libris hieronimi coerceri. Sed tu potiꝰ
illa euolue q̄ ceperas. ⁊ illud quod aduerſus falſam iuſticiā dicturum te
eſſe ꝓmiſeras. ꝓde documentū. Nā vt vere tibi fatear. nullo pernicioſius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

malo intra gallias laboramus. Ita faciam poſtumianus inquit. nec te di
utius tenebo ſuſpenſum

¶ De heremita qui cellulã ſuam poſt quadrien niũ deſerere voluit. q̃liter correctus eſt ⁊ ad pro poſitum priſtinũ reuocatus Capłm xv

Doleſcens quidã ex aſia ꝑdiues opibus. genere clarus. habẽs vxo/
rem ⁊ filiũ paruulũ. cum in egipto tribunus eſſet ⁊ frequentibus ad
uerſum blembos expeditionibꝫ quedã heremi loca ꝯtigiſſet. ſanctoꝝ etiã
tabernacula cõplura vidiſſet. a beato viro ioanne verbum ſalutis accepit
Nec moratus. inutilẽ miliciã cũ vano cõtemnere illo honore. heremũ cõ/
ſtanter ingreſſus breui tp̃e in omni genere virtutum ꝑfectus emicuit. Po
tens ieiunijs. humilitate cõſpicuus. fide firmus. facile ſe antiquis mona
chis ſtudio virtutis equauerat Tũ interim ſubijt euꝫ cogitatio iniecta ꝑ
diabolũ ꝙ rectius eſſet vt rediret ad patriã. filiũq; vnicũ ac domũ totam
cũ vxore ſaluaret. qđ vtiq; eſſet acceptius deo. q̃ ſi ſolũ ſe ſeculo eripere cõ
tentus. ſalutẽ ſuoꝝ nõ ſine impietate negligeret. Iſtiuſmodi ergo falſe iu
ſticie colore ſupatus. poſt quadrienniũ fere cellulã ſuã atq; ꝓpoſitum here
mita deſeruit Sed vbi ad proximũ monaſteriũ quod a multis fratribus
habitabatᷣ acceſſit. cauſam diſceſſionis atq; conſiliuꝫ querentibꝫ confiteť.
Renitentibꝰ cũctis ⁊ ꝑcipue loci illius abbate. male animo fixa ſentẽtia
nõ potuit auelli Igitᷣ infelici ſe obſtinatione ꝓripiens. cum dolore oĩm di/
greſſus a fratribꝫ. vix e cõſpectu abceſſerat. impletus a demone. cruẽtaſq;
ſpumas ore ꝓuoluens. ſuis dentibꝫ ſeipſum lacerabat. Deinde ad idem
monaſteriũ fratrũ humeris reportatus. cũ coerceri in eo immũdus ſpũs
non valeret neceſſitate cogẽte ferreis nexibꝫ alligaťᷣ. pedes cũ manibꝫ vin/
ciunť. Non immerita pena fugitiuo. vt quẽ nõ cohibuerat fides. cathene
cohiberẽt. Poſt bienniũ demũ oratione ſanctoꝝ ab immundo ſpũ libera
tus. ad heremũ vnde diſceſſerat mox regreſſus eſt. ⁊ ipſe correctus ⁊ alijs
poſt futurus exemplo. ne quẽ aut falſe iuſticie vmbra decipiat. aut incerta
mobilitas inutili leuitate cõpellat ſemel cepta deſerere

¶ Vbi đt ꝙ nullus fere in orbe terrarũ locus ſit vbi nõ vita dñi martini teneať Capłm xvi

Ec vos de virtutibꝫ dñi quas in ſeruis ſuis vel imitanda operatus eſt
vel timenda. ſcire ſufficiat. Sed qꝛ ſatiſfeci veſtris auribꝫ. imo etiam
verboſior fui fortaſſe q̃ debui. tu mõ ad me añt loq̄baťᷣ debitũ fenus ex ol
ue. vt te de martino tuo vt es ſolitus. plura referentẽ iam pridẽ in hoc deſi
derijs meis eſtuãtibꝫ audiamus Quid inq̃. Tibi de martino meo liber
ille non ſufficit. quẽ ipſe tu noſti me de illius vita atq; virtutibus edidiſſe.
Agnoſco id quideꝫ poſtumianus inq̄t. neqꝫ vnq̃ a dextera mea liber ille
diſcedit. Nã ſi agnoſcis. aperit librũ qui ſub veſte latebat. en ipſum. Hic
mihi inquit terra ac mari comes. hic in peregrinatione tota ſocius ⁊ cõſo
lator fuit. Sed referã tibi plane quo liber iſte penetrauerit. ⁊ ꝙ nullus fe/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

rem in orbe terraꝝ locus ſit. vbi nō materia tam felicis hiſtorie puulgata te/
neaꝛ. Primus cū romane vrbi vir ſtudioſiſſim⁹ tui paulinus inuexit. de/
inde cū tota certatim vrbe raperetꝛ. exultantes librarios vidi. quod nihil
ab his queſtuoſius haberetꝛ. ſiquidē nihil illo promptius. nihil carius ven
deretur. Hic nauigationis mee curſum longe ante ꝑgreſſus. cū ad africā
veniſſem. iam ꝑ totā carthaginē legebaꝛ. Solus eū cyrenenſis ille preſby
ter non habebat. ſed me largiente deſcripſit. Nā quid ego de alexādria lo
quar. vbi pene omnibꝫ magis ꝙ̄ tibi notus eſt Hic egiptū nitriā thebai/
dā. ac tota mēphitica regna tranſiuit. Hunc ego in heremo a quodā ſene
legi vidi. cui cū me familiarē tuū eſſe dixiſſem. ab illo ⁊ multis fratribꝫ hec
mihi iniuncta legatio eſt. vt ſi vnꝙ̄ terras iſtas te incolumi cōtigiſſem. ea
te ſupplere cōpellerē. que in illo tuo libro de virtutibꝫ beati viri profeſſus
es ꝑ̄teriſſe. Age ergo qꝛ nō illa a te audire deſidero que ſcripta ſufficiunt
illa que tū vel ꝓpter legētium vt credo faſtidiū ꝑ̄teriiſti. multis id vna me
cū a te poſcētibus explicētur Equidē poſtumiane inꝙ̄ cū te iam duduꝫ
de ſanctoꝝ virtutibꝫ intētus audirē. tacitis ad martinū meū cogitationi/
bus recurrebā. merito ꝑſpiciens omnia illa q̄ ſinguli diuerſa feciſſent. ꝑ
vnū iſtū facile cōpleta Nam cuꝫ excelſa retuleris. quod mihi dixiſſe liceat
pace ſanctoꝝ. nihil a te penitus audiui. in quo martinus eſſet inferior.

¶ Ubi ſeuerus ait qͥ domin⁹ martinus in media turba ⁊ cōuerſatione populoꝝ tanta operatus eſt quāta nec heremite nec anachorete q̄ ab omni impedimēto liberi ſunt. ⁊ qd̄ inexpugnabili ṽtute aduerſus oīa mala ſteterit Ca. xviii

Ed ſicut nullius vnꝙ̄ cum illius viri meritis profiteor conferēdam
eſſe virtutem. ita ⁊ illud animaduerti decet. in qua illum cuꝫ heremi
tis vel etiam anachoretis oporteat conditione conferri. Illi enim ab om/
ni impedimēto liberi celo tantū atꝙ̄ angelis teſtibꝫ. plane mirabilia do/
cētur oꝑari. Iſte in medio cetu ⁊ cōuerſatione populoꝝ. inter clericos diſ
ſidētes. inter ep̄os ſeuiētes. cū fere cotidianis ſcandalis hinc atꝙ̄ inde ꝑ̄/
mereꝛ. inexpugnabili tamē aduerſus oīa virtute fundatus ſtetit. ⁊ tanta
oꝑatus eſt quanta ne illi quidez quos ante audiuimus eſſe in heremo vel
fuiſſe fecerunt. ac ſi illi paria feciſſent. quis iudex tam eſſet iniuſtus vt non
iſtum eſſe potiorem merito iudicaret. Puta enim iſtum fuiſſe militez qui
pugnauerit in iniquo loco. ⁊ tamen victor euaſerit. illos autem eque cō/
pone militibus. ſed qui ex equo loco aut etiam de ſuperiore certauerint.
Quid ergo. Et ſi omnium vna victoria eſt. non poteſt eſſe par gloria Ta
men cum ꝑ̄clara retuleris. a nemine retuliſti mortuū ſuſcitatū. Quo vno
vtiꝙ̄ te neceſſe eſt confiteri martino neminē conferēdum. Nam ſi ammi/
randum eſt ꝙ illum egiptium flāma non attigit. hic quoꝙ̄ ſepius impe/
rauit incendiis. Si reuoluas ꝙ anachoretis feritas beſtiarum victa ſuc/
cubuit. hic familiariter ⁊ rabiē beſtiaꝝ ⁊ ſerpentium venena compeſcuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

Quod ſi illū offeras qui immundis ſpiritibus obſeſſos. verbi imꝑio aut etiā fimbriaꝝ virtute curabat. nec in hac quidē parte inferiorē fuiſſe mar/tinū multa documēta ſunt. Si etiā ad illū recurras. qui ſetis ſuis ꝓ veſte contectus putatur ab angelis viſitari. cū iſto cotidie angeli loquebantur Jam vero aduerſus vanitatem atqꝫ iactantiā ita inuictuꝫ ſpūm geſſit. vt illa vicia fortius nemo cōtempſerit. Cum quidē immūdis ſpiritibꝰ affla/tos abſens plerūqꝫ curauerit. nec ſoluꝫ comitibus aut prefectis. ſed ipſis etiam regibꝰ imperauit Minimū id quidē in illis virtutibus. ſꝫ credas velim non ſolū vanitati. ſed cauſis etiam atqꝫ occaſionibus vanitatis ne minē fortius repugnaſſe Parua q̇dem ſed non pretereunda dicturus ſum. quia ⁊ ille laudādus eſt. qui ſumma p̄ditus poteſtate tam religioſaꝫ ad reuerentiā beati viri oſtēderit voluntatē Memini vincentiū prefectuꝫ virū egregiū ⁊ quo nullus ſit intra gallias omni virtutū genere preſtan/tior. dum turonos p̄teriret a martino ſepius popoſciſſe. vt ei conuiuiū in ſuo monaſterio daret In quo q̇dem exemplū beati ambroſij epi̅ prefere/bat. qui eo tēpore conſules ⁊ p̄fectos ſubinde paſcere ferebatur. ſed viruꝫ altioris ingenij ne qua ex hoc vanitas atqꝫ inflatio obreperet noluiſſe Er go fatearis neceſſe eſt in martino omniū illoꝝ quos enumeraſti fuiſſe vir tutes. martini aūt in illis omnibꝰ nō fuiſſe Quid tu inquit poſtumianus ita mecū. quaſi non eadē tecū ſentiā. ſempqꝫ ſenſerim.

Ubi poſtumianus ait ego quo aduiuā ſemꝑ et ſapiam. egipti monochos p̄dicabo. laudabo anachoretas. mirabor heremitas. martinū ſꝑ ex excipiā. nō ego illi audeo monachoꝝ certe nō ep̄orum quēpiam cōparare Caplm xviij

Ego vero quoad viuā ſemꝑ ⁊ ſapiam egipti monachos p̄dicabo. lau dabo anachoretas. mirabor heremitas. martinū ſemꝑ excipiā Nō illi ego quēqꝫ audebo monachoꝝ. certe nō epoꝝ quēpiam ꝯparare Hoc egiptus fatet̃. hoc ſyria. hoc ethiops cōperit. hoc indus audiuit. hoc par/thus ⁊ ꝑſa nouerunt. Nec ignorat armenia. boſſorus excluſa cognouit. ⁊ poſtremo ſi quis aut fortunatas inſulas aut glacialē frequentat occeanū Quo miſerior eſt regio noſtra. iſta que tantū virum cum in proximo ha/buerit. noſſe non meruit. nec tamē huic crimini miſcebo populares. ſoli il/lum clerici. ſoli neſciunt ſacerdotes Nec immerito noſſe illum inuidi no/luerunt. quia ſi virtutes illius noſſent. ſua vicia cognouiſſent. Horreo di/cere ꝙ nuꝑ audiui infelicē dixiſſe neſcio quē. te in illo libro tuo plura mē/titum Non eſt hominis vox iſta ſed diaboli. nec martino in hac parte de/trahitur. ſed fidei euangelij derogatur Nam cum dominus ipſe teſtatus ſit. iſtiuſmodi opera que martinus impleuit ab omnibꝰ fidelibꝰ eſſe facien da. qui martinū non credat iſta feciſſe. non credat chriſtū ita dixiſſe. Sed infelices degeneres ſomnolēti. que ipſi facere nō poſſunt. facta ab illo eru beſcunt. ⁊ malunt illius negare virtutes. q̄ꝫ ſuam inertiam confiteri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 73

